

## CAPIT XXVI.

QUARE PROXIMUS SIT  
amandus.

Rom. 13. *Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit.*

**V**erba sunt Micheæ cap. 6. *Quid dignum offeram Domino? nunquid offeram ei holocausta & vitulos auniculos? nunquid placari potest Dominus in millibus arietum? aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Utique facere iudicium, & diligere misericordiam & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Qua sententia nos docet in quo verus Dei cultus consistat, nimirum non in ceremonijs & sacrificijs Deo nihil conferentibus, quippe cuius sunt omnia; neq; in victimis humanis, quas non exegit imo abominatur cum contineant contumeliam propitiatorie victimæ Jesu Christi, quæ Deus constituit ut tolleretur peccata mundi:*

In quo  
consistat  
verus  
cultus  
Dei.

di: